



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXXII. Markgraf Woldemar sichert den Bürgern der Stadt Spandow den ausschließlichen Gerichtsstand vor dem Stadtschulzen zu, am 20. Juni 1317.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

confessorum dotauimus et per presentes litteras dotamus altare in honorem beatorum Dyonisii sanctorumque ejusdem premiorum in capella castri Spandow situm, cum quinque choris filiginis in pachtu manorum et tribus talentis Brandenb. denariorum in opido Bysdal jacentibus in pachtu et in censu arearum, ut premititur, tollendis perpetuo tempore et proprietate sempiterna, nichilominus devota mente pretactos choros et arearum censum omni excluso seruitio et aliis exactionibus omnibus apponentes ad predictum altare permanuros per infinita mundi tempora. Omnium jurium, que nobis in premillis pachtu aut censu competunt aut nobis et nostris successoribus competere possent in futuro abrenunciationem facimus per presentes latam et expressam. Presentis altaris dotatio et reddituum donatio ut per omnia tempora maneat inconuulsa, et ut nostri et progenitorum nostrorum missarum orationibus memoria benedicatur eterna, presentem litteram nostro pendenti sigillo dedimus communitam presentibus testibus Frederico, Henrico de Alvensleue, Henrico de Schenkendorpp et Johanne de Crocheren, militibus nostris, cum domino Everhardo, preposito Stolpenfi, et aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Everswolde anno domini M^o. CCC^o. decimo septimo, feria tertia post dominicam Quasimodogeniti.

Nach dem Originale im Dom-Archive zu Brandenburg, aus Hefsters Abschrift.

XXXII. Markgraf Woldemar sichert den Bürgern der Stadt Spandow den ausschließlichen Gerichtsstand vor dem Stadtschulzen zu, am 20. Juni 1317.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, in hiis scriptis recognoscimus et ad vniuersorum Christi fidelium publicam noticiam volumus pervenire, quod fideles cives nostros Civitatis Spandowe praesentes et posteros in omnibus ipsorum juribus et proprietatibus, quibus hactenus gavili sunt, illaefos perpetuo volumus conservare. Non debent etiam praedictae civitatis cives praesentes et futuri extra civitatem ad aliquod trahi provinciale iudicium, sed si aliqui aut aliquis aliquem praedictorum civium convenire decreverint, volumus, vt id coram saepe dictae civitatis Sculteto faciat, id quod juris ordo declaraverit recepturus. Et in praemissorum omnium evidentiam praesentem litteram ipsis dari iussimus et nostri sigilli munimine communiri. Datum in praedicta civitate, Anno Domini Millefimo Tricentesimo Septimo decimo, feria secunda ante festum Beati Johannis Baptistae proxima, praesentibus testibus nostris fidelibus Gunthéro Comite nobili de Keverenborg, Bodone de Ilborg, Henrico Schenkone de Schenkendorpp, Slotekino et Zabello, Fratibus, de Ghorpa, Henrico de werben, militibus, Thidemanno et Nicolao in Grantzdooy et Snakenborg praepositis, nostris Cappellanis dilectis et alijs quam pluribus fidei testimonio decoratis etc. 1317.

Nach dem alten Spandower Copialbuche No. 4. Ein Abdruck dieser Urkunde in Ditschmann's Geschichte hat für Henrico de werben „Henningo de werben“ und für Grantzdooy „Gramzdorp“. Thidemann hieß jedoch der damalige Preyst zu Gransee (Grantzoyensis), der ohne Zweifel gemeint ist.